3 7bris 1537. Aº 319

30

# Sigismundo primo Regi Poloniae Joannes Choienski Eppus Cracoviensis Regni Poloniae Cancellarius, tertia Septembris 1537.

Sacra Regia Mtas. Quesivi a D. Nominato Premisliene, quo die Oratores per Sacram Mttem Vram designatos apud Serenissimum Regem Romanor presto esse opporteret, qui rndit dictum esse diem S: Martino Sacru ad quem eis esset veniendum.

Magnificus Dnus Palatinus Posnanienc mittit ad Sacram Mttem Vram nuntiu, petiturus per lras ut eum onere isto abeundae legaonis levatum velit. Sed nihilominus fcturos videt, non invitus quicqd ei Sacra Mttas Vra mandare fuerit dignata, neq quuqua antiquius ei futurum est, quam ut iussis et voluntate S: M. V. obtemperet; Ego certe n video quis alius magis splendide magisq ex dignitate illius munus istud obire queat, precipue cum alii nunc graviori cura destineantur. Quare si vult S. M. V. dignitati sue cosultum Provincia hac illius Mgcae pre ceteris mandabit. Sat scio etiam duriorem aliquam cum non recusaturum, si ita cuo Sacrae Maiestatis Vestrae cognoverit insidere.

Dno Nisbsebicz dedi noie S. M. Vrae mandata, cum ad Capitulum Varmiense, tum ad Dnos Consiliarios et nuntios trarum Prussiae, qui hoc ipo die in viam se dabit, et quo ad poterit cotendet et elaborabit simul, atq Varmiam pervenerit, ne quis alius illi Ecclice preter Rmum D. Culmensem preficiatur, quo et sanctae Mttis Vrae authoritas salva sit et illius uni desiderio satisfiat.

Cum Dno Naropinski egi verbis Serae Mttis Vrae, ut ne negotium facesseret D. Andreae Zarnkowski Scholastico istius noie, qui dr tps in Italia suum pclare collocare, atq, adeos bene audiendi partes, animo esse erecto et excitato. Sed novit Sera Mttas Vra Ingenium homis. Negat do: Andream Juris quicquam hre penes se ius omne esse ex illius rpnsione. S. M. V. uberius oia cognoscet. Equum esse dicit, ut ipse qz° jura sua prius S. M. V. exponat, q ab ea iure suo cedere iubeatur. Sed de hoc sacerdotio inanis mi videtur orta disceptao cum Donus Bedlenski superstes adhuc sit, fieriqz possit, ut prius aliquid illi humanitus accidat, qui se Conduitorem profitetr, cum inter os et offam cadere multa posse dicantur. Non est mihi dubium quin sacra Mttas Vra multas isthic magnas et graves perferrat molestias, ex quibz n concedo S. M. V. maiorem ut ipsa dolorem accipiat pus quam quanto ego absens afficior. Sed ferenda sunt forti animo, quae mutari non possunt. Sapientis est nihil praestare pter culpam, a qua cum pcul absit S. M. V. consolari se poterit virtutis suae, recteqz factorum conscientia, quo consolaonis genere maius et firmius nullum esse potest, sciunt, et memoria tenent boni oes quam pie, quaqz clementer se gesserit S. M. Vra, quemadmodum parentis potius indulgentissimi q aut Regis aut Domini personam sustinuerit. Deus, qui solus est uniuscuiusqz fctorum estimator, quem S. M. V. pie coluit, ille eam procul dubio non deseret in se ut ea facere scio, spem suam et fiduciam positam et defixam habentem; Ille providit hactenus ut in summa licentia ne quid gravius accideret, ille motus etiam ceteros brevi oes tranquillabit et ad optatum exitum cuncta pducet. Idq ego quoqz quamlibet indignus divinam illius misericordiam dies noctesqz pcari non intermitto, quo possim S. M. V. rebz isthic ex ami sna cofectis brevi reduce incolumem videre. Cuius me grae clementiaeqz, qua suu possu ami mei desisione etiam atqz etiam diligenter commendo.